



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Propositio XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

& summa eruditione uenerabilis, displicet uobis quod alio*In thernus*
quatens uestris uos depinxerit coloribus. Imo gratiae erant
referendae homini, quod ad meliora sit uos hortatus. Argue
sapiente diligit te, sed surdis canit fabula, coniunctis omni
bus uiribus non potestis unum illum prostertere, que Deus
Opt. Max. nobis ad annos Nestoreos conseruet, Amen.
Dic Monache impie, huius doctrina (quod suggillas) quam
consentiat Spirituis sancto^r quam unice querat gloriam Chri
sti: quam efficaciter conderanet uestram doctrinam: Nolite
ante tempus eum iudicare, legite & intelligetis.

PROPOSITIO xxv.

Fides charitate, ut arbor fructibus carere non potest.

CENSURA.

De quacunqe fide dicat, contradicit sibi ipsi &c.

CONDEN. CENSURAE.

Fides operosa est, serax honorum fructuum. Fides enim
per charitatem efficax est, si Paulo credis. Et arbor bona
non potest malos fructus facere, si Ioanni & Christo credis,
sed non potest quicquam ita pie dici, quod sycophantarum
morsum effugiat. Augustinus de fide & operibus. Insepara**Augustinus**
bilis est quippe bona uita a fide quae per dilectionem opera
tur. Imo uero ea ipsa est bona uita.

PROPOSITIO xxvi.

Sola fides format opera, errant qui aliter docent.

n 3

Censura